


BIBLIOTEKA

Zakł. Nar. im. Ossolińskich

XVII

4040



Simonis  
Starobolski  
Ad  
Principes  
Christianos,  
De Pace inter se concipio  
nenda, Nelloque Turcis  
inferendo.  
Pretrepticon.




Vienense Austriae,

Typis Matthaei Casmerovii S. C. M. Typ.  
in Aedibus Colonienis Anno, 1652.

Brakuje 3 kartelek z poswetkami;  
wydanie z 1655 roku (Estrada,  
Bibliografia, VIII, 293) nie  
istnieje. Wydanie z 1652, niemieckie,  
znajduje się w bibliotece hr. Crapolewskiego  
w Staniskawie, gubernia Minska; <sup>zapewne ten sam</sup> ~~ten sam~~  
egzemplarz <sup>co</sup> w katalogu Siemiatyńskiego  
IV nr. 8314 cytowany.

Tedro Wierzbowski

16/794.



Simonis Starobolscii  
ad Principes Chri-  
stianos de pace inter se  
componenda, Bellum  
Turcis inferendo  
Protrepticum.

Veniens Austria Imp.  
Matthaei Copernicini  
1655. ~~1655.~~



XVII. 4040-1

Europa, contra Otthomanos bellum,  
scripta sunt, Tuâ curâ & studio vi-  
ris cordatis porrigantur, commen-  
denturq;. Et sanè dignus hîc Te  
Tuisq; Majoribus fuerit conatus, si  
ut illorum sanguine, Venetorum  
Imperium auctum defensumq; est,  
ita Tuo patrocinio authoritateq;, ea  
universa foveantur, qua aliquo-  
modo bellum in Otthomanos incita-  
re possunt. Quòd si & scriptum  
hoc, & Tua in eo iuendo authoritas,  
apud animos ad bellum in Christia-  
nitate continuandum obfirmatos,  
suam habuerit estimationem; Tibi  
quidem plurimum Orbis universus  
debebit: sin minus, (quod absit)  
laudabit nihilominus posteritas Tu-  
um in rem Christianam affectum:  
authori v. o. ò harum Orationum,  
in tantis rerum momentis, & vo-  
luisse

luisse sat erit. Tu modo Illustrissi-  
me DOMINE vive diutissime  
& felicissime, presensq; hoc sub-  
missionis & observantia in Te mea  
argumentum, non aspernare.  
Orat hoc

Illustriss: ac Excellentiss:  
Dominationis V.

*cliens humillimus*

Matthæus Cosmerovius.

Johannis Lubielski Jura  
Castren? thesaurarius

SIMO-





dignius funestiusque, cum inter Christianos, qui Pacis Authorem Christum DEVM adorant, malevolentia turbulentorum, vires suas sumit, & indies magis atque magis per Europam gliscit. Nam siue turpitudinem rei quis consideret fratres nimirum, consanguineos atq; necessarios inter se decertare siue periculi magnitudinem contempletur, gentes, viribus, opibus, fortitudine, ac ingenio potentes invicem collidi: siue prælij ferocitatem, religionis professione, linguæ origine, morumq; cultiorum similitudine, haud valdè differentes mutuò permisceri, animo secum ipse perpendat; omnia profectò intestinis odijs funesta videbit, ipsamq; victoriam in bello funestissimam, quantumvis bonus & moderatus Princeps ipsa potiatur. Insolescimus siquidem rebus secundis

alis omnes, & modum tenere nescimus; sed maximè Reges cum acie adversarios superaverint suos. Cùm naturæ occulta malitia quadam eveniat, ut non ita in alienigenas & remotos, quàm quodammodo in suos cives, vel vicinos iracundia excitatur victoris. Ea propter, cùm omnia bella fugienda sint bonis, quia minimè bella, tum intestina maximè: idq; nobis Christianis potissimùm, qui omnis patientiæ & lenitatis exempla, à Summo Magistro nostro Christo accepimus; ejusque divinis mandatis obtemperare, vel ipsa religione obstricti, mutua dilectione, quam nobis maximopere abiens in coelos commendavit, inter nos certare invicem debemus: si, quod omnes vovemus & speramus, cum illo, uti Rege nostro Pacifico, in aterna illa tranquillitate desideramus. Qui nunc

omni spe salutis, vel contempta  
per summum scelus, vel desperata  
prorsus ex conscientia criminum,  
contrarijs artibus & partibus ad in-  
teritum properamus. Sed tua  
Pontifex Sanctissime, paterna inde-  
fessa vigilantia, perspicaciq̃e pru-  
dentia & authoritate ab exitio re-  
vocati, uti auguramur, & spem  
certam concipimus, iterum ad Pa-  
cis Auctorem convertemur, ite-  
rum fraterno amore devinciemur:  
deponemus iras ferales ab Hæresi  
furenti subministratas, cohibebimus  
eupiditates nostras ab impietate  
Atheistica succensas, rabiem à præ-  
donibus Christianitatis haustam  
exuemus. Tu modo Dux noster  
& Pastor vigilantissime, ut lubens  
universi gregis Christi curam in te  
suscepisti, sic Atlantico robore  
molem totius Orbis Christiani, tuis  
humeris gestare non desistas: & la-  
bo-

laborantibus per tot Iustra Principibus inter se bellis ac dissidijs domesticis, pacē & Amnistiam universalem indicere non detrectes. Dabit vires & consilium cœlitus, qui orbem hunc verbo creavit, teque ejus præsidem esse voluit; & qui nunc precibus nostris exoratus, ita te vult esse præciosissimæ in terris rei Pacis arbitrum & conciliatorem, uti voluit & constituit, cœlestium thesaurorum suorum dispensatorem. Nunquam enim unum absq; altero divinitus beneficium datur; & in gratos fœlicitas fœlicitate cumulatur. Proinde hoc beneficium flamine sacro adspirante, præstabis orbi, ut incipiat tuo sub regimine quiescere à tumultibus civilibus, & fraterno affectu, sub tam benigno Patre, & innocentissimo Præsidente, discat mutuum amorem, & reciprocam dilectionem. Nec adeo

etiam factu difficile Reges Christianos conciliare, si quam ex diuturnis odijs contraxerunt ferociam animorum, eam te auspice transferant in Turcam, per bellum sociale.

Revera enim Pater Beatissime, nulla res magis arridet uni cupido, quàm cùm certaverint inter se duo ambitiosi, ut ille occasionem nactus holo, quod ajunt, potiatur solus. Nulla quæ optatior occasio Byzantino tyranno, quàm civilia isthæc Principum Christianorum bella, quæ & patrum, ante avorumquæ; nostrorum memoria, & nunc tot urbes & provincias, tot regna & imperia cladibus affecerunt; tot privatorum domibus & facultatibus exitio fuerunt; tot florentissimas Respublicas & Provincias stirpitus everterunt. Quibus furijs & nos infelices posteri eorum exagitati, tam diu inter nos colluctabimur fortè,  
(quod

(quod omen malum Deus averruncet) donec tandem jugum à Turca cunctis imponatur servitutis. Nescit siquidem rabies modum; & civilibus motibus perraro non insidiatur aliquis vicinus, perpetuam ultionū considerans vicissitudinem: ut pote cum nullus utrinq; finis imponatur nocendi, & nunc exultet victor, nunc victus ad persequendum hostem inflammetur. Iam autem barbari semper gerendis rebus, bellorum nostrorum civilium occasiones captant; & illos præcipuè viciniore nobis Turcæ, qui vel ad unicum contra eos nobis initæ, aut ineundę concordiaë nuncium, quidquid increpuerit, cum metu & horrore circumspectant. Statimque aut foedera ineunt, aut debilioribus subsidia & patrociniū contra potentiores promittunt. Atque ita, juxta vetus illud Nasicæ dictum,

eos, qui externis vinci armis simul  
 uniti non potuissent, divisos tan-  
dem sub jugum mittunt, aut tribu-  
 tarios sibi faciunt, cum exitio & i-  
 gnominia Christiani nominis sem-  
 piterna. Exempla cuique patent,  
 res eorum diligentius legenti. Nam  
 sicut olim Romani per Campanos  
 in Samnium; per Mamertes in He-  
 truriam; per Siculos in Siciliam;  
 per Athenienses in Græciam; per  
 Saguntos in Hispaniam intrarunt,  
 & ex civitatibus socijs, submis-  
 trando illis auxilia contra æmulos ea-  
 rum, servas sibi fecerunt. Sic &  
 Turcæ, per Contaguzenos in Pru-  
 ziam, per Paleologos in Thraciam;  
 per Despotos in Rasciam & Bulga-  
 riam; per Ioannem Sepusium in  
 Hungariam sibi aditum patefece-  
 runt. Dandoque Imperatoribus  
 Constantinopolitanis subsidia, con-  
 tra tumultuantes Principes, Græciæ  
 pro-



provincias facile occuparunt, immanissimosque fecerunt laniatus. Debilioribus enim contra potentiores defendendis, partim quædam æquitatis, & commiserationis species; partim compendiaria via proferendi est dominatus. Quibus artibus & Ægypti Soldanus opportunè usus, quas non turbas cum suis Mamaluchis dedit? quas clades & detrimenta Reipublicæ Christianæ non intulit? quid non eorum quæ à majoribus suis tentata antea fuerant in Oriente, & Palæstina, fortissimè celerrimèque subjugavit? E contra nostri, toties rerum in barbaros gerendarum occasiones neglexerunt; & conjuncti toties, vincere quidem potuerunt, sed victoria uti nesciverunt, ob frivolas unius de altero suspiciones, aut inanes de Principatu disceptationes. Nonnulliq; nostrorum, provincias, quarum

rum nondum erant victores, inter  
 socios jam partiebantur, priusquam  
 aut pactiones inter se inijsent, aut  
 pedem domo ipsi cum exercitu ex-  
 tulissent. Sicque à capta Con-  
 stantinopoli, nostri semper Orato-  
 ribus, & Turcæ bellatoribus; nostri  
 subtilitate disputandi, illi verò pe-  
 ritiâ bellandi; nostri Comœdijs ex-  
 hibendis, illi Tragœdijs faciendis  
 delectantur. Apud nos vitiosum  
 regnat otium, apud barbaros armo-  
 rum negotium; nos in Scholis syl-  
 logismis, illi in campo decertant  
 hastis; nos tempus insumimus Co-  
 mitijs, illi scribendis & lustrandis  
 copijs. Apud nos nova quotidie  
 pullulat religio, ab illis quolibet an-  
 no, aliqua nova possidetur regio.  
 Nos bellis exhaurimur, illi locuple-  
 tantur assiduò; nos perdimus pro-  
 vincias, illi acquirunt regna. Et  
 dum apud nos ultro citroque de-  
 ineundo

12  
 13  
 14  
 15  
 16  
 17  
 18  
 19  
 20  
 21  
 22  
 23  
 24  
 25  
 26  
 27  
 28  
 29  
 30  
 31  
 32  
 33  
 34  
 35  
 36  
 37  
 38  
 39  
 40  
 41  
 42  
 43  
 44  
 45  
 46  
 47  
 48  
 49  
 50  
 51  
 52  
 53  
 54  
 55  
 56  
 57  
 58  
 59  
 60  
 61  
 62  
 63  
 64  
 65  
 66  
 67  
 68  
 69  
 70  
 71  
 72  
 73  
 74  
 75  
 76  
 77  
 78  
 79  
 80  
 81  
 82  
 83  
 84  
 85  
 86  
 87  
 88  
 89  
 90  
 91  
 92  
 93  
 94  
 95  
 96  
 97  
 98  
 99  
 100

incundo fœdere consultatur, ab illis semper aliquid vobis videntibus & dormientibus occupatur, cum æterna ignominia & exitio nominis Christiani. Qui, crucem quidem Christi circumferimus & adoramus, sed nomen & Numen ipsius sanctū blasphemamus: religionem Catholicam profitemur, sed pessimis moribus & exemplis illam negamus. Arma in hostes fidei induimus, sed operibus infidelium communicamus. Equestres Ordines instituimus, sed equitandi peritiam non habemus: peditatum instruimus, sed otio & delicijs corpus enervamus: solerter castra metamur, sed in ijs bacchanalia celebramus; purgamenta urbium in militiam scribimus, & nec caniculæ fervorem, nec frigoris intensiorem, aut penuriam egestatis ferre discimus: die noctuque potamus; Scor-

ta & pueros meritorios circumducimus; castrensem disciplinam non servamus; exercitationes armorum vel nullas prorsus, vel paucas habemus; scelere & turpitudine, raptu & latrocinio, crudelitate in nostros, metu in hostes, impietate iri Deum infames sumus. Et quod omnium pessimum est, inani confidentia nostri, hostium contemptu, & ignavâ cunctatione omnia bella cum barbaris perdimus; qui celeritate rerum gerendarum, militari ausu, & temporis commoditate usi, sæpiùs inopinatò eos oppresserunt, qui se orbem debellare posse vanè opinabantur. Sic parva manus Saracenorum erat, cum turpi Machometis superstitione infecti fuerunt, & quot postea regna in Africa ñon possederunt? quot populos in Asia non debellarunt? quot provincias & urbes in Europa non afflixerunt?

fixerunt? Parvus numerus erat Abarorum, cum à Tauro monte venientes, Orientis Imperium infestare cœpissent, & contempti primò à Græcis, qui suis phalangibus nimium superbiebant, quas non molestias deinde Imperatoribus dederunt? Quid Herulorum perexigua cohors, quæ precario primo in Castris Romanorum merebat, nonne evertit deinceps totum Imperium occidentis, & urbem ipsam mundi caput? nonne dissipavit & perfregit potentissimas legiones Romanorum, quæ Orbi universo catenas injecerant? Taceo posteriorum temporum conglobatas licentiosorum hominum turmas, quæ à Regibus contemptæ, fortissimos deinde illorū exercitus profligarunt, Sparta cum Hispanicum imitata

2. N. A. M.  
BOHEMICO RE  
259 SOLINSWICH

gno ejecerant. Geuzios in Flan-  
dria, qui Hispaniæ Regem poten-  
tissimum, parum abfuit, quin toto  
Belgio spoliassent. Hugonottos  
in Gallia, Protestantes in Germania,  
Rusticos denique in Austria & Hun-  
garia, aliosque nefarios homines in  
alijs regnis & provincijs, in Polonia  
verò Cosacos ex colluvie plebis  
congregatos. Quos, quia initio  
contemnebant Principes, & tempe-  
stivè neglexerunt extinguere, infi-  
nitas deinde molestias & damna, ab  
ijs sunt perpesti, maxima cum igno-  
minia suæ gentis. Atque ita sem-  
per maleficia impunita, congerie  
scelerum, interituque regnorum  
& provinciarum divinitus castigantur.  
Vbi enim magistratus nequi-  
verit, aut noluerit, ibi supremus  
rerum moderator DEVS, incipit  
castigandis malis vim suæ exercere  
æquitatis. Sic & Turcas, qui nunc  
nobis

nobis formidabiles sunt, castigandis Christianorum peccatis è Tartaria magna misit; quos cum initio Græcanici Cæsares, vel unico prælio delere potuissent, nomenque ipsum extinguere facillimè, eos in rebelles sibi Dynastas tantò libentiùs mercede conduxerunt: & in suis provincijs sub Andronico Imperatore foverunt, quantò incautiùs sibi metipsis, una cum adversarijs exitium acceleraverunt: obliti Gottorum & Longobardorum, à quibus in militiam suam evocatis, toto ferè occidente fuerunt spoliati. Eratque toties optima occasio postea, delendi hosce juris divini humanique prædones, cum nondum in formidabilem potentiam excrevissent, sed neglexerunt Græci ea occasione uti; quod nimium suæ potentiæ, uti diximus, fidentes, hostem extorrem atque vagabundum facilè contemp-  
ptui

ptui haberent. Collabente verò Imperio Constantinopolitano, reliqui Reges, qui longè ab ipsorum vicinitate remoti erant, maluerunt domestico bello cum ignominia sua tumultuari, quàm religionis & regnorum suorum hostes, cum gloria & fama immortalis delere. Prout & hodie sextum jam lustrum tumultuantur, minimè considerantes, quod non diffundendo, sed defendendo Christiano sanguine, facta rectaque Respublica conservatur. Quorum discordias, & ignava in hostem Crucis Christi consilia, dum paulò diligentius, Pater Beatissime, consideraveris, ac præsentem Europæ statum, ad tuæ canæ prudentiæ trutinam examinaveris; non aliam ob causam neglectam ab illis Turcarum præsentem in Venetos expeditionem videbis, nisi quod Antecessorum suorum exemplo, inani quadam



dam confidentia sui turgeant: barbarorum vires & potentiam contemnant: & ob concepta inter se odia eò acerbius sævientes, pericula imminencia non prospiciant; & opportunam interimendi nunc cruentam istam bestiam Byzantinã occasionem non arripiant. Cùm & ipsi omnes sint in armis, instructissimosque mari & terra exercitus habeant; & cum ille nunc, compluribus vicinis suis rumpendi fœderis occasionem, ultrò imprudens dederit. Iam autem longè à sua domo flammam arcere, magnæ semper fuit prudentiæ & consilij documentum. Communiq̃ opera & viribus, facilius evertitur ab omnibus, qui singulis est nimium formidabilis. Quod utinam Turcico tyranno hac nostra ætate eveniat, & parricidalis Ottomanorum familia, aut mole sua ruat, aut re-  
duce

duce & auspice, Pontifex Sanctissimè, tandem aliquando evertatur. Qui ut in innocentia tua solium Pastorale ingressus es, ita innocuas oves tuas, pretioso Christi sanguine redemptas, ab Asiatico Dracone isto, liberare non desistas. Qui videntibus & negligentibus nobis, quotidie vicinior fit occidenti: tanto nunc magis formidandus, quanto Canea capta (verendum valdè ne & Candia) major aditus sit haud dubie ipsi in Italiã patefactus. Quæ & in regno Neapolitano eosdè nunc sinus habet, per quos olim Machometes Secundus, mare cum exercitu trajiciens Hydruntum occupaverat: & in Foro Iulij, eandem planiciem terræ, per quã sub Selimo Tertio, Turcicus incurrerat equitatus. Timendumque valdè ne classibus adversis mare inferum percurrentibus, ab Austro barbarus superveniat,

niat, & Siciliam, Corciram, aut Melitam invadat: ipsamque provinciarum reginam Italiam aggrediatur, qui perpetua cupiditate possidendi Occidentalis Imperij ardet.

Nunc igitur, dum undique impendent orbis urbi pericula maxima, expedit Christianorum omnium Pater Beatissime, animos viresque unire, & in barbaros arma infesta induere, suis, sociorumque regnis & provincijs defendendis.

Agitur enim hic Christi Opt: Max: causa, pro qua non modo opes, sed & vitam ipsam profundere debemus esse parati. Agitur publicus

Christianorum omnium honos, ne videntibus nobis Respublica Christiana à barbaris impune laceretur: neve homines clari & nobiles, ab obscuris & egentibus; industrij & militares, ab imbellibus; culti & elegantes, ab agrestibus; & liberi à

man-

mancipijs subjugentur. Aguntur  
denique fortunæ omnium nostrum,  
& negotiationes gentium; quæ vna  
illa quiete & tranquillitate conti-  
nentur: quam per idoneos legatos  
tuos per universam Europam di-  
missos, orbi Christiano præstabis,  
& incolumitatem paries. Hoc à  
te, Pater Beatissime, tota plebs Or-  
todoxa exoptulat. Hoc Principes  
Catholici orant. Hoc florentissi-  
ma tua Italia expectat. Hoc ipsa  
Urbs Roma, Patria tua charissima  
flagitat. Hoc cuncti probi bonique;  
palmis suppliciter protensis, per-  
munus tuum Pastorale obsecrant:  
sed præcipuè populi illi miseri, sub  
gravissimo Ottomanorum genarum ju-  
go positi, ad pedes tuos beatos pro-  
voluti ingeminant. Misereare  
Pontifex Sanctissime calamitates  
nostras, & exaudi lachrimas servi-  
tute Musulmanica oppressorum,  
qui

qui Religione, libertate, & fortunis omnibus spoliati, non liberos ingenuè educare, non sacra ritu Christiano possidere, non honestatis curam, aut literatum amorem, non industriæ aliquod exercitium, aut denique proprii corporis potestatem habere possumus: sed jumentorum in modum tractamur, libidini barbarorum exponimur, superstitioni Machometanæ addicimur: filios in Ianitzaros, filias in concubinas tribuimus; nec quidquam in usibus, præter aërem quem spiramus, liberum habemus. Verum & hunc sæpius in carcere, pro libitu sævientium, foetidum, in servitijs castrensibus contagiosum, in tremibus frigidum vel urentem, in urbibus pestilentem, in pagis vel ipsa solitudine nocivum. Et quoquo nos vertimus, nullum solatium, nullam spem meliorum videmus. Vbiq̃  
mors,

mors, ubique luctus, ubique desolatio. Undique percutimur: undique amaritudinibus replemur. A quibus, nisi tua ope, Pontifex Sanctissime liberemur, non apud circumcisos modo Musulmanos, sed apud inferos etiam æterna mancipia erimus. Proinde te Patrem nostrum & liberatorem, per ejus Nomen rogamus, cujus in terris Vicariam potestatem tenes, ut nos hæreditatem illius, nece ejus atrocissima & sanguine comparatam è faucibus canum Machometanorum eripias. Ut Princeps Europæ qui impiè ferrum in Christianos nefarium stringunt, & in Crucis hostes recondunt, ac pro angustiis terminis inter se digladiantes, à barbaris ipsi amplissimis provincijs spoliantur, invindictam nostræ injuriæ concites; regnaq; amplissima à fœda & viligente Turcica possessa, unà  
cum

cum sepulchro Domini, in libertatem & pristinum splendorem asseras. Et cum omnium Christi fidelium sis communis Magister & Moderator, doce nos cœlestem illum Patrem, cujus nos quoque indigni filij sumus, animo tum reliquis in libertate constitutis, concordia, & voluntate consentienti exorare: ut post hæc miserias, quas in servitute sustinemus, regnū illud donet, in quo est Pax, concordia, & tranquillitas sempiterna fœlicitasque & facietas inennarrabilis. Quo ejus videlicet beata visione fruamur, qui pacem nobis dedit, cum in terris nobiscum esset, pacem in cœlos abiens reliquit, & ne in perpetuis verseremur dissidijs, symbolum amoris corpus suū omnibus nobis ad vescendum præbuit. Quod ut ex altari Dominico sumamus, & unâ cum reliquis Or-  
tho-

thodoxis, in ovili vno, cui præ es-  
 Pastor, à servitute qua nunc præmi-  
 mur, liberati satiemur, votis itera-  
 tis, & calidis suspirijs optamus.

Talibus igitur, ac longè la-  
 chrimabilioribus populorum in ser-  
 vitute Turcica gementium voci-  
 bus, patere exorari Pontifex Opti-  
 me ac Beatissime, & cura concilian-  
 dorum Principum alacriter susce-  
 pta, cave imitari illum Antecesso-  
 rem tuum, qui petentibus auxilium  
 Rhodiensibus, S. Petrum pauperem  
 esse, nec quidquam facilè. opis fer-  
 re se ipsis posse respondit: atque  
 ita insulam celeberrimam, exulum  
 perfugium, è Turcica servitute  
 enatantium asylum sacrum, nau-  
 fragorumque receptaculum, sua te-  
 nacitate amisit. Aut illum impo-  
 tentem alterum, quo regnanter ac  
 nihil de pace Christianorum cu-  
 rante, non modo Ægypti, Syriæq;  
 acces-



accessione, Selimus Turcarum Tyrannus fuit auctus: sed tota etiam Italia, cruentissimo illo ad Ravennam prælio fuit funestata: cum & Cæsar Borgia interim horribilem hominum lanienam & stragem passim ederet. Sed, ut primo statim Pontificatus tui anno, oppressos ab impietate Calvinistica, veros Ecclesiæ filios, in Anglia & Hybernia ope tua juvisti, ita & in Turcica, seruitute positos, ea qua polles pietate & sanctimonia, juvare, & ad pia pro nomine I E S V capienda arma, populos Christianos animare, non desistas. Ut nemo qui Christianus esse & haberi velit (licet opinione à vera Ecclesiæ doctrina dissideat) otiosum spectatorem alienæ calamitatis se præbeat. Nemo istam in Turcas belligerandi occasionem omittat. Nemo suam, sociorumq; salutem prodat. Nemo

Christi, & ejus Crucis hostes, capitis etiam periculo debellare, si salvus esse velit, extimescat. Nemo ad gloriam & amplitudinem natus, à vilibus mancipijs se opibus, libertate, & dignitate spoliari patiatur. Sed quantociùs monstret barbaris nobilitatem suam generosam: imbellibus rusticis, militarem fortitudinem: mollibus Asiaticis, invictum animi robur: & vaferri-  
 mis Agarenis, constantiam animi Christiani, castrensisque disciplinæ peritiam.

Est quàmvis non peræque omnia Christiana regna, rabiei Musulmanicæ sunt obnoxia, compluresque pacta cum Tyranno Asiæ habent, aut pacis fœdera antiqua colunt; providendum tamen ijs tempestivè est, ne his, & illis principio subjugatis, & reliqui, qui in stationem succedent, evertantur. Plerumque enim

enim accidit, ut Tyrannorum non prius cognoscantur artes, quam in numerum excreverint vires, quibus haud ita facile occurratur. Populi que remotiores tum demum incipiant extimescere potentiam illius, cum jam viciniam subiugaverit. Turca verò, sive bello nostris sit inferior, sive superior, occupandis certè Christianorum urbibus & regionibus nunquam finem faciet, nunquam de possidendis aut opprimendis vicinis non cogitabit. Proinde qui pacem cum illo habere cupit, quamvis ab illo remotè positus sit, bellum tempestive meditetur. Qui vult periculum evitare servitutis, licet pacis foedera cum eo colat ab antiquo, arma nihilominus maturè expediat, militem alat, castrensi disciplina juventutem imbuat. Et quia mutuis officijs res & regna efflorescunt, præ-

sentem occasionem non negligat, & sociali fœdere reliquis Christianis Regibus junctus, sacram hanc expeditionem, in communem hostem suscipiat. Quia melius profectò nunc in usus bellicos æris aliquid pro sociorum salute contribuere, & suas vires universæ Christianorum rei commodare, quàm à barbaro hoste, & juris divini humanique prædone facultatibus postea spoliari universis & corona. Præstatq; nostra capita domi censeri, quàm foris à barbaris detruncari, aut jugo æternæ servitutis submitti. Quandoquidem una victoria hosti concessa, quam nunc de nobis barbarus terra marique meditatur, facile causa & aliarum fuerit amissarum. Subiugatisque quod Deus avertat, contra quos nunc insurgit ferocissimè, procul dubio in alios atque alios exercitus suos promo-

ve-

vebit; præsertim, cùm nos domi  
dissidijs laborare advertet; qui par-  
tim obcultum & civilitatem mo-  
rum, partim ob frequentiam inge-  
niorum, partim ob fortitudinis lau-  
dem, ac studij militaris peritiam,  
superbire solemus, & unum alteri  
nationi anteferimus: obque id de-  
mum ad disceptationes, odia, atque  
bella ipsa descendimus, à barbaris  
turpi tributo, aut pudendis pactio-  
nibus pacem emendicando. Sed  
quid nos, nostrosque frustra falsis  
pacificationibus tam diu decipi-  
mus? quid in media flamma otium  
& quietem amplius expectamus?  
quid barbaros conjunctim omnes  
armis non petimus? Cur ab impio  
securitatem, à perfido pacta, ab in-  
sidioso fœderum firmitatem, & à  
Sacrilego jurisjurandi religionem  
expectamus? An non videmus, ut  
hisce superioribus mensibus, Polo-

num & Moscovitam, per suos emissarios Scythas Præcopenfes læsit? ut Imperatoris Germanici hæreditarias ditiones invasit? ut in regnum Hungariæ excursionem fecit? ut Venetos bello generali adortus est? cum quibus tamen his omnibus fædus antiquum colere simulavit, & pacta nuperrimè renovavit? Non igitur expectandus est domi, sed infestandus est foris: nec metuendum quod numerosa cum multitudine procedat, sed cogitandum quomodo in partes distrahenda sit: neque certandum cum illo amicitijs & pactis, sed procedendum audacter obviam, labantiq̃ue Republicæ Christianæ quamprimum subveniendum. Bellandum, bellandum cum hoc Dracone immanissimo, qui si hac præsentis occasione debellatus non fuerit, profectò animadversa fœcordia & negli-

gligentia nostra contra Christianos nunquam quiescet.

Tu verò Pater Beatissime prospiciens è specula, in qua à Deo luminū collocatus es, ut civilibus, in civilibus admodum bellis magis quotidie opprimimur, & in observandis rei benegerendæ in Turcas occasionibus remissi sumus, divina tua auctoritate ad retardandos illorum impetus, & debellandum eorum imperium, universos Europæ populos concita. Principesq; Christianos paterno affectu exhortare, ut tandem te monitore & Doctore sese recolligant, vindictæ studium posthabeant, inimicitias omnes deponant, gloriæ & posteritati serviant, hostibus communibus occurrant, & præmia promereantur in cœlis sempiterna. Quod dum lubens & pius feceris, nemo credo reperietur, tam excors, nemo tam

32      *Simonis Starovolscij*  
inimicus publicæ salutis & suæ, ut  
mortem quam debet naturæ, non  
potiùs reddat Patriæ, & in Cœ-  
lum statuat sibi viam salutis: Chri-  
stianorumque nomen gloriôsum,  
sub INNOCENTIO X. Pontifice  
Opt: Max: procuret effici cunctis  
amabile, cunctis admirabile,  
& hostibus fidei formida-  
bile ad omnem per-  
petuitatem.

D I X I.



ORA-




# ORATIO II.

AD

PRINCIPES

CHRISTIANOS,

De concludendo in Tur-  
cam sociali foedere.

 I quando vim elo-  
quentiæ suæ, exerere  
debuisent Christiani  
Oratores. O Inclyti Re-  
ges ac Principes Europæ, tum his  
deploratissimis temporibus maxi-  
mè, quando vos implacabile odium  
invicem concipientes, tot jam lu-  
stra, bello intestino cruentissimo  
exardescitis. Non vos affinitatis  
propinquitas, non necessitudinis  
conjunctio, non fraterni amoris  
nexus, non denique Religionis &  
Sacrorum communio, aut Numi-

nis reverentia cohibet, ut sanguinem Christianum nefariè, & quasi perludum fundere desistatis. Pudet, miseretque videre, Christi genuinos imitatores, mente penè abreptos, contra se mutuo insurgere; Catholicos adinvicem jugulari, fratrem in fratrem, amicum in amicum armari, vel ambitionis & cupiditatis, vel malignitatis & invidentiæ innatæ causa. Interim, verò, proh dolor, crudeles Getas, Immanes Turcas, impuros impiosque Mauros, fidelium invadere provincias, Regna Orthodoxorum possidere, vrbes evertere, maria infestari, devastari agros: verosq; Dei cultores passim occidi, ac plebem Christo sacratam, indurissimam abduci servitutem. Quasi non fatis, superque deliratum fuerit olim, cùm Græci persequerentur Latinos, Schismate in Ecclesia factò,

cto, & interim Persæ, Isauriq; , Sarmatæ, Iberi, Bulgari, atque Saraceni, Christianum occuparent orbem. Cùm invicem sese funesto aggredierentur prælio. Orientis & Occidentis Cæsares, darentque denuò per id occasionem, Gottis, Vandalis, Herulis, Hunnis, Cimbris, Longobardis, Normanisque diripiendi Romanum Imperium. Cumque in medio solo Italiae, de ejus solo decertarunt, Hispani, Galli, Germani, seseque insuper mutuò interimerent Guelfi & Gibellini; Veneti & Præsini; Albi & Nigri; Columnenses & Ursini; atque demum Sfortiani & Bracciani, funditus evertendo familias, domus, & civitates suas; creverunt per id tempus, Mamaluchi, Tartari, Nigritæ, Serifi, Mauri atque Turcæ ipsi, quorum imperium discordia, focordiaque nostra, non ab imis

ad media, ut aliorum barbarorum, sed penè jam ad summa videmus pervenisse. Ut hic taceam remotiores ab oris nostris, Monopotenses, Mogorianos, Zagathajos, & Arabes, qui in plaga Australi, & Oriente, complures Christianorum nationes extinxerunt. Omittam & Hæreticorum sectas, quibusvis circumcisis, Musulmanisque immaniores, variè inter se dissectas, Arrianorum, Donatistarum, Iconomachorum, Albingensium, Hussitarum, Luteranorum, atque Calvinistarum qui in Asia, Africa, & Europa, Catholicam passim labefactarunt Religionem, filijs etiam, ac parentibus non parentes proprijs. Et ut ita dicam, tacito quodam consensu conspiraverant, non jam ad evertendam Ecclesiam Romanam, quæ in solida Christi petra fundata est, aut profanandum ve-

rum

rum Dei cultum, in animis rectè  
credentium; sed ad excidendum,  
omnino universum genus huma-  
num. Cum oppressis & occisis  
ubique Catholicis, semetipsum quo-  
que Puritani, Zvingliani, Serveta-  
ni, Gomoristæ atque Arminiani,  
mutuò interimerent, morsu viperi-  
no; postquam ab otiosis Syllogi-  
smis, ad crudelissima certamina  
ventum fuisset. Quid Schismatici?  
Quid Apostatæ? Quid novatores?  
Quid Atheistæ & Pseudopolitici;  
varijque ac virulenti Blasphæmato-  
res, & osiores Catholicæ Ecclesiæ?  
Adamitæ, Nicolaitæ, Anabaptistæ,  
Stancarani, Picarditæ, qui passim  
colluviæ perditorum hominum, in-  
perniciem proborum piorumque  
convocata evertabant urbes, deva-  
stabant agros, proterebant castra,  
delebant Principum exercitus, in-  
tegraque regna debellabant. Quo

pessimo malo, hodie dum nefarij  
 homines infecti, cupiditateque,  
 prædæ illecti, damnatas jam toties  
 ab Ecclesia Hæreses, & orco sepul-  
 tas, iterum ab inferis suscitatas pro-  
 pagare, aut defendere conantur.  
 Alj verò professionis suæ Christia-  
 næ obliiti, salutisque suæ negligentes,  
 dum temerè aberrantibus à fide  
 patrocinantur, & se, nescio quales,  
 Statistas vocant Orthodoxorum  
 nomen amittunt, factisque impro-  
 bis, impios Atheistas se common-  
 strant.

Ergo exsurgite animo Principes  
 Christiani, & nomen quod vobis  
 in salutem & tesseram mutuæ dile-  
 ctionis assumitis, re ipsa approban-  
 tes, Pacis Authorem imitami  
 Christum: sique verè Nominis il-  
 lius, & gloriæ cū ipso futurae parti-  
 cipes esse cupitis, Divinis eius man-  
 datis obedite, & alterutrum diligite  
 mini

mini invicem. Deponite arma  
impia, Christianoque nomine in-  
digna, & concordiam pacemque  
ab ipso Salvatore nobis commen-  
datam, uti veri ipsius Discipuli, &  
sequaces, lubentes libentesque am-  
plectimini. Exuite iras, odiaque  
fraterna, ut vetus quoddam vesti-  
mentum squalidum, & lugubre;  
& induite Heroica pectora vestra  
& arma, pietate & probitate can-  
dentia. Eradicatè unanimi con-  
sensu suspiciones malevolas è cor-  
dibus vestris; & ferociam illam,  
quam inter vos decertantes animo  
imbibistis, convertite in Draconem  
illum Orientis immanissimum, tot  
regnorum Christianorum cadave-  
ribus nondum ex satiatum; vestris-  
que adhuc regnis & provincijs  
inhiantem. Obtundite ac obdu-  
rate os illius foetidissimum, tor-  
mentis vestris bellicis infernalem  
fumum

40 *Simonis Starovolscÿ*  
fumum redolentibus, caputque  
illius superbissimum concutite gla-  
dijs vestris fulgurantibus, lanceisq;  
confodite. Atque Portam illam  
excelsam, qua gloriatur se diade-  
matibus vestris præcellere, terra-  
marique aggredimini, & fortibus  
dextris viam. Vobis per eam in  
Asiam aperite; & vindicate gentes  
gravi sub jugo Machometis gemen-  
tes. Terramque illam Sanctam,  
pretioso Servatoris nostri causa re-  
sperfam, tandem aliquando in liber-  
tatem afferite.

Vos verò eruditi, eloquio clari,  
sapientiaque illustres viri, quantum  
ingenio valeatis, quantum polleatis  
doctrina, quantumque præstatis  
facundia, & suavi in dicendo per-  
suatione, nunc, nunc per Deum  
immortalem, dotes animi vestri at-  
que vires exerite; doctissimisque  
compositionibus sermonum, com-  
men-



mendate Regibus potentissimis concordiam internam, pacem Principibus suadete, populis unionem, animorum, mutuamque charitatem instillate. Ostendite cunctis Christianorum gentibus, dulces, tranquillitatis publicæ fructus, utilitatem, decus, gloriam. Explicate, provinciarum emolumenta, urbium commoda, ornamenta regnorum, famam immortalem dominantium: omniumque demum, præmia in cœlis sempiterna. Pacemque illam desinere nesciam & destrui, ab ipso salvatore pacificis promissam, insinuate eruditis orationibus vestris. Ego vobis oloribus, tanquam anser raucus, sed utinam, vigilibus Populorum Capitolinus, ad excitandum præcinam; Vos, qui bonæ mentis estis, & pacis publicæ cupidi, ausum supra vires, vel tacito applausu promovete, atque;

atq; balbutienti Sarmatæ, favete  
rogo.

Quamvis itaque nemo dubitet,  
juxta sapientis Romani dictum,  
duo hæc vocabula, meum & tuum,  
universum continuò turbare mun-  
dum: quæ, & priscam illam, Chri-  
stianos inter se coniungere solitam,  
charitatem subverterunt, & radici-  
tus extirparunt. Solent attamen  
sæpiùs homines vani, proprii amo-  
ris sui causa, & alias quoque diver-  
sas turbarum in populis causas da-  
re; ij præsertim, qui in summo  
dignitatum fastigio positi, super-  
biæ vento facilè abripiuntur: aut  
qui summis illorum consilijs præfe-  
cti, æstu ambitionis axagitantur.  
Quibus, nulla prorsus major volu-  
ptas esse potest, quàm videre vici-  
nos in calamitate & periculo: quàm  
Principis confinis dignitatem im-  
minui, existimationem violari, ma-  
jesta-

ieftatem opprimi: quàm minores  
Megiftanes, contumelijs affici, ini-  
que perfecutionem pati, poffeffione  
fpoliari, aut fuo dominio adijci, fu-  
bijeive omnino. Atque ita præ-  
fenti hoc noftro fæculo, in omnibus  
ferè partibus mundi, ob iftam ma-  
levolentiam elatorum aut inflato-  
rum hominum, vafantur paffim,  
opulentiffimæ provinciæ, diripiun-  
tur florentiffimæ civitates, occu-  
pantur vicina regna & populi, ra-  
piuntur diademata: miferique pa-  
gani & incolæ omnes, tam à pro-  
prijs militibus, quàm ab hoftibus  
fpoliantur, vulnerantur, occidun-  
tur. Et captivi multi Chriftiani,  
à Tartaris, Turcis, Arabibus atque  
Mauris, in æternam abducuntur  
fervitutem. Cum interim nemo  
fit, qui moveatur, qui condoleat,  
qui compatiatur: haud aliter, quàm  
fi ex eadem carne & fanguine non  
fint

sint compositi? quasi non eodem  
de limo, de quo & Reges, à Deo  
formati? sed alterius propaginis i-  
gnobiliorez homines essent? quasi  
non sint fratres, non sint mutua  
inter se membra? Quod si reliquas  
præsentium turbarum causas, ex  
privatorum odijs, aut cupiditate  
profectas, diligentius expendere-  
mus, quot inveniremus mala con-  
silia? quot falsas sententias? quot  
iniustas iustitias? quot bona iniquè  
acquisita? quot probos iniuria dif-  
famos? quot nobiles mendican-  
tes? quot ex infima plebe, ad sum-  
mos honores profectos, perque fas  
& nefas magnas divitias corraden-  
tes? Hinc, hinc est, ô sapientissimi  
Reges, quod in tota ferè Europa,  
Pax non reperitur: quia nemo  
sua sorte contentus vivit: quia per-  
flagitia & illicitas artes homines  
ad honores grassantur: quia in sce-  
lera-

leratos non animadvertitur mature: quia pro meritis & virtute, vix cuique ex æquo, aut condigno assignatur præmium vel honor. Sed omnes penitus vexat miscetque; ambitio, avaritia, libido, maledica lingua, atque amor proprius: vobisque Principibus, qui videmini præ esse alijs, præ sunt & dominantur flagitiosissimi adulatores.

Sed quemadmodum in patenti & spatioso aliquo prato, varijs atque odoriferis floribus consito, difficillimum est, uno oculi intuitu discernere posse, quis omnium istorum florum pulcherrimus sit, quis maximè odoriferus & venustus: aut graveolens & nocivus. Ita, cum una quæquæ gens peculiarem aliquam habeat suam præstantiam, & virtutes adnatas aut labe; singulæ autem bellica laude atque fortitudine præcellere cupiunt: varijsque  
nunc

nunc odijs concitatae, armis inter se per Europam decertant: nec facile est divinare, quisnam populus in hac concertatione æquioribus nitatur causis, justiusve bellum cum vicinis suis gerat? cum unusquisq; injuria sese provocatū dicat: unusquisq; se æqui honestiq; rationem habere, vel jurejurando affirmet: proindeq; sibi trutinatis bene Politices arcanis, & gloriam militarem, & justum cognomen, meritissimo adscribi putat. Præter quod omnes etiam Christiano se nomine ab antiquo (licet Christum ipsum, Deum ab æterno esse aliqui non credant) insignitos affirmant, Christiana pietate vivere simulent, Catholicam profiteantur religionem, prisca probitate gloriantur, germanam animi generositatem præferant, indole vel Angelis simili polleant: omnesq; & singuli de gloria

contendant, laudem desiderent, & apud posteros famam expetant, atque immortalitatem.

O sancta contentio? si modò fraterno sanguine foedata non fuisset. Christiani etenim juxta Apostolum, fratres in Christo omnes sumus, illeque primogenitus inter nos, postquam nos morte sua, filios Dei, hæredesque regni cœlestis fecisset. O pulchra æmulatio? intentioque uniuscujusque laudabilis? si modò proximis nostris, quos Evangelica lege, æquè ac nosmetipsos diligere obligamur, in aliqua re non præiudicasset. Ac proinde excusatio quoque præsentium barbarum & bellorum per Europam, videtur quodam modo viris Politicis speciosa. Et si non item cœlo, cœlorumque Regi supremo, qui lanienam hanc abominatur: duplicique corde homines, dira Nemesi semper, etsi pau-

paulò tardiore persequitur. No-  
stro tamen modo intelligendi, dum  
universa regna Christiana confide-  
ramus, absque ulla exceptione  
prorsus, universos nos, istorum  
belloꝝ ac motuum authores fa-  
teri debemus; idque adnata qua-  
dam inclinatione, aut indole, quæ  
nos quietos esse non sinit. Quod  
etenim in singulis hominibus, in  
una licet civitate natis, varias esse  
corporis qualitates, variasque com-  
plexiones videmus: ac ex inde, di-  
versas etiam animi dotes, aut labes.  
An non multo maiores animorum  
disparitates videre necesse est, in  
tam proluxa terræ plaga, qualis est  
Europa; ubi tot gentes, lingua, cœ-  
lo, habitu, victusque ratione, ac  
modo bellandi differentes habi-  
tant? Quemadmodum igitur unus-  
quisque mortalium, alio atque alio  
humore prædominante abundat,  
mo-



moresq; ex eo formando, magis se exercet in hac virtute, quàm in illa; & alius in alia: sic & integræ gentes, magis ad illam rem, vel ipso genio duce, quàm ad aliam sunt procliviores; sive honesta illa sit, sive non item. Utque desideratis potiantur, privatas potiùs rationes, emolumentis, aut gloriæ spectant, quàm universæ Christianæ rei. Hinc illa nimium sollicita, status sui conservandi, diligentia & zelus. Hinc ambitio dominandi cupida valde. Hinc propagandi suos fines perversa voluntas. Hinc subjugandi vicinos populos nefaria audacia: statimque divinarum atque humanarum legum contemptus, sacrorum irreverentia, pietatis & religionis neglectus, vivendi licentia, atque omnium denique vitiorum, perturbationumque ac discordiarum origo. His autem, lævissima sæpius

ex causa enatis malovolorumque  
 hominum consilio & persuasioni-  
 bus, dum Principes facile in ultio-  
 nem inflammantur, totus deinde bel-  
 lis ardere consuevit orbis; ut omni-  
 ferè sæculo res præteritorum regum  
 revolventes, accidisse videmus.

Vtque remotiora loca & tem-  
 pora omittamus. Monarchiasque  
 illas, Medorum, Persarum, & Chale-  
 dæorum, quarum nonnullam men-  
 tionem sacra quoque pagina habet,  
 consultò nunc relinquamus; (Nam  
 de Sinensium, Peruanorum, Scy-  
 tharum, Æthyopum, Iaponensium,  
 Siamitarum, Indorumque & Abyssi-  
 ninorum magnitudine, & imperij  
 duratione, nulla penitus ad nos  
 cognitio devenit) vicinorum tan-  
 tummodò populorum casus atque  
 occasus, diligentius perpendendo,  
 quid aliud causæ reperiatur quæso,  
 quòd tam citò perierint, præter  
 discor-

Discordiam? Considera priscos illos Græcos, prudentiâ, eloquio, bellandiq̃ue peritiâ & fortitudine conspicuos, ut ab ignobili Macedonum populo primùm, & à Romanis deinde possessi fuerunt; nonne ob civitatum ac principum suorum discordias perijsse videbis? Quid eosdem iterum opibus, viribus, atq̃ue gloria, post translata ad se Romani Imperij dignitatem, vel ad invidiam pollentes, ad tantam denique miseriam & servitutem adigit, ut perpetuò nunc sub jugo barbarorum gemant? nisi eadem discordia Satraparum & nobilitatis. Quid Romanos ipsos, stupendamq̃; eorum potentiam & magnitudinem evertit? nonne similiter discordia civium suorum, & intestina bella? Taceo hic Ægyptum. Taceo Syriam, Numidas, Trapezuntios, Cyprios, Slavos, Hungarosq̃ue

rosque novissimè atque Dacos; qui omnes, vel Hæretici, vel Schismatici facti diviso senatu, distracto populo, sacris contemptis, Patriæ suæ accelleraverunt laniatum, & gravissima nunc Ottomanorum servitute præmuntur: non aliam ob causam certè, nisi ob eandem regnorum & provinciarum vastatricem discordiam. Ut igitur nihil est civili bello, incivilique diffidio pejus; ita nihil consensione mutuâ, tanquam harmonia quadam concinnius, nihil concordia commendatius, quæ unica laborantibus subvenit, periclitantibus patrocinator; libertatem servat, religionem auget; & quæ unica nos DEO, hominibusque commendat; ut huic contraria seditio, maxima quæque regna & imperia labefactat.

Vnde vos quoque reliqui bellicosæ Europæ populi, flos Christianitatis, Martis alumni, mutuis inter vos prosequentes bellis, quid aliud expectatis, Dracone nunc isto Orientis crudelissimo, in perniciem Provinciarum vestrarum, cum numerosissimis phalangibus suis è specu illo Byzantino prosiliente? Non veremini Sacrosanctum Numen, ne vos ob fraterni sanguinis effusionem, velut impium Cainum, à suo conspectu Divino eiciat? novumque rursus Attilam ad vos cum flagello mittat, qui mortem innocuè à vobis occisorum, veluti Abel justii sanguinem, vestro sanguine expiet? Non vos piget videre florentissimam Candiaë Insulam, vestris in oculis, vestroq; in conspectu, ab illa immanissima bestia Musulmanica, jam jam devorari? quæ patrum aut avorum nostrorum memoria, æter-

54      *Simonis Starovolscū*  
na cum ignominia nominis Christi-  
ani, Methonam, Coronam, Epidau-  
rum, Rhodum, atque Cyprum de-  
voravit? tentavit & Melitam, ob-  
sedit fortem fidamq; Viennam, Se-  
getum, Themesium, iaurinum,  
Agriamq; possedit? Non vos affi-  
cit, florentissimam totoq; orbe ce-  
leberrimam nunc, & priscis omni-  
bus non modò parem, sed multis  
etiam de causis superiorem, Rem-  
publicam Venetam, imperantium  
magistram, civilis prudentiæ Gy-  
mnasium, ocellum urbium Orbis,  
naturæ miraculum, & non merci-  
moniorum tantùm, sed & ingenio-  
rum, atque libertatis emporium  
totâ Europâ nobilissimum, vobis  
inspectantibus, toto ferè septennio  
à barbaris opprimi. Colonias Ca-  
tholicorum ultra sinum Adriati-  
cum conculcari, plebemq; Christo  
devotam, in Istria, Dalmatia, Illy-  
rico,

*Rallia  
Aia**Amore**12410**R**10*

rico, Albania, Rascia, & Bosna  
proteri, & prorsus annihilari? Nec  
deniq; vos pudet, principem Chri-  
stianarum provinciarum Italiam,  
nostræ sanctitatis matrem, nostræ  
pietatis nidum, Religionis caput,  
officinam virtutum; omnium scien-  
tiarum & artium, doctissimorumq;  
virorum altricem, atq; totius æmœ-  
nitatis, ingeniorum, honestatis, ele-  
gantiae, & ingenuitatis speculum,  
quasi congaudentibus & permit-  
tentibus vobis, de libertate peri-  
clitari, deq; sua securitate dubitare.  
Mars & portus à Turcis, Maurisq;  
infestari; circumque positas in  
Ægeo, Ionio, Tyrennoq; mari Insu-  
las occupari? Atque tandem vos-  
metipsos brevi post, gravissimis pe-  
ticulis exponi, viciniam eorum ti-  
mere, excursions, oppressionem,  
atq; demum excidium, continuo  
vereri. Abjecti profectò animi est,

ab hoste perpetuò se tueri domi, & extra confinia sua nolle unquam proficisci. Quiq; salutem sociorum negligit, prodit eorum & suam; & domi expectat, qui foris ociosè calamitatem intuetur alienam.

Quapropter nunc quando jam non vicinitatis terrore, sed tubarum Turcicarum clangore excitamur, expergiscimini Heroes Inclÿti, Semones Europæ, depositisq; odijs internis, justas iras vestras in barbaros, qui vos oppugnant quantoociùs convertite, arma assumite, Machometanos invadite. Et id denique bellum putate esse justum, quod est necessarium: cùm indignum sit barbaris eos subesse, qui soliti sunt alijs præesse; & eos servire servitutem, qui ad omnem nati & educati sunt dignitatem. Discordiarum verò atq; prætensionum vestrarum causas, in aliud tempus rejici-



reijcite ; aut oratoribus vestris , ad id deputatis , discutiendas committite , consopandasq; assignate. Ipsi verò interim pacem ab omnibus desideratam , concordiamq; tanto tempore expectatam , seriò inter vos concludite , colligatisq; fœderibus firmate. Pacem , inquam , quæ Deum ipsum authorem habet , quæ Christum sponsorem æternæ remunerationis pro se exhibet , comminatoremq; statim supplicij , nisi pacifici fieri velimus. Quod nimirum nec filij Dei esse possimus in odio discordiaq; manentes , nec fratres ipsius germani vocitari , nec hæredes deniq; cœlestis illius Hierusalem , quæ visio pacis dicitur. Fieri-que non potest , inquit pacis præcoximius Theophanes , *ut pacis Authorem Christum , in cor suum ullà ratione accipiant , qui inimicitias quasvis ac similitatem in seipsis adversus aliquem*

*nutriunt, nisi prius tanquam mortife-  
rum venenum evomuerint illam, abje-  
cerintq; procul ab anima. Sed & Di-  
vus Antistes Hipponensis, non nisi  
in charitate, mutuoq; amore Chri-  
stianum hominem salvari asserit,  
suumq; de eo discursum, pacis com-  
mendatione concludit. Pax, inqui-  
ens, est serenitas mortis, tranquillitas  
animi, simplicitas cordis, vinculum a-  
moris, consortium charitatis. Qui igi-  
tur pacem ejusmodi in se non ha-  
bet, verè Christianus dici nequit;  
cùm apertè Apostolus doceat, De-  
um esse charitatem, & non nisi in  
charitate mutua, aut amore reci-  
proco cum proximis suis manen-  
tem, in Deo manere, ejusq; gratia  
coelesti perfrui. Quid ergo salu-  
brius potest esse charitate? quid ju-  
cundius unione concordi? quid o-  
ptabilius pace? quid desiderabilius  
dilectione mutua fidelium, tran-  
quilli-*

quillitate Catholicorum, amore & concordia Principum Christianorum.

O chara pax & beata, quando te videbimus afflicti, cujus nomen ipsum jucundum & suave probis. Quando te fruemur tempestatibus bellorum jactati, cujus effectus etiam turbulentissimis hominibus utiles & amabiles ubique. Quando te publicari per regna & gentes audiemus, cujus possessio cunctis mortalibus desiderabilis, & ita salubris est, ut nocivum sunt odia, rixæ, similtates, lites, æmulationes, discordiæ, atque demum ipsa bella: quæ, & omnem cursum vitæ præsentis infamant, & à vera beatitudine, paceq; æterna hominem excludunt. Nisi enim in unitate opus tuum feceris Deo, qui unus est, acceptus esse non poteris, inquit melissius Bernardus. Qui dulci sua suadâ,

discordes tunc temporis Principes Christianos, feliciter ad pacem & concordiam induxerat. Vtinam complures nunc ejusmodi Bernardi confurgerent, discordesque Principes nostros, ad amplectendam pacem universalem, quantocius suaviloquentiâ suâ inflecterent. Vtinam redivivi comparerent, potentes eloquio illi Orehovij Roxolani, Varsevicij, Cuspiniani, Boskqueri, alijque innumeri pacis publicæ, & veræ gloriæ amantes viri, qui Europæos Reges ad unitatem animorum excitabant, inq; barbaros Turcas, Solimano illorum Tyranno nimium tunc grassante per Europam, ad bellum sociale incitabant, conquestis undiq; fortissimis, prudentissimisq; rationibus. Sed quas olim & Tullius ipse aliquatenus attigit, dum turbas execratus civiles (quibus tandem perierat, & cum eo

tota Romana libertas ) concordiam  
 maturo iudicio suaderet. Dulce,  
 inquit, est nomen pacis, res verò  
 ipsa, tum jucunda, tum salutaris.  
 Iucunda videlicet, quia bonorum  
 omnium opulentiam & ubertatem  
 adfert. Salutaris verò, quia ab uni-  
 versa Patria damna & pericula re-  
 movet. Iucunda, quia concordiam  
 habere, cum moribus probis singu-  
 los cives docet. Salutaris, quia liti-  
 gare cum vitijs, & belligerare cum  
 nostris cupiditatibus jubet. Iucun-  
 da, quia pro commodis & emolu-  
 mento à privatis quibusvis etiam  
 quæritur. Salutaris quia ab omnib⁹,  
 tam Proceribus, quàm plebe, pro  
 timore diligentius servatur. Iu-  
 cunda denique, quia amicitias, cli-  
 entelas, & affinitates parat. Salu-  
 taris, quia ab egestate & calamita-  
 tibus liberat, omnemq; metum ab  
 incolis, & vastationem ab agris,

urbibus, villis, & singulorum domibus amovet. Hinc Bernardinus Senensis: *Cùm hoc nomen Pax, ore pronuntiatur, copulantur labia, & os quasi quadam spiritali suavitate dulcescit. At contra cùm dicitur bellum, os amarescit, & quodammodo laceratur, & laniatur.* Propriè, ut in desolationibus provinciarum ipsi incolæ miseri, amaritudine ac dolore perfunduntur, cùm in conspectu ipsorum, ædes illorum incenduntur, bona dilacerantur, liberi parentes, vxores, à complexibus charorum suorum avelluntur, vulnerantur, occiduntur, nullo habito respectu sexûs, ætatis, aut conditionis.

Igitur bellum, re ipsa minimè bellum, vocemq; ipsam absinthio amariorem, ad Indos & Garamantas, ad Machometanos & Gentiles, ad Scythas & Turcas, ad Mauros & Sarracenos relegemus. Qui ve-  
rò

ro Christi Dei humanati, veri cultores sumus, cum Silio Italico dicamus.

*Pax optima rerum*

*Quas homini novisse datum est, pax una triumphis*

*Innumeris melior, pax custodire salutem*

*Et cives aquare poteris.*

Poteris & dislociatos Principum Christianorum animos, nexu conjungere indissolubili, ut concordēs cuncti, dictā die exercitūs suos in Musulmanos mittant, suspensis ad tempus inter se armis: fæderis verò diuturnioris stabiliendi, locum & tempus triennale Oratoribus suis, nutu & destinatione communis Patris, Pontificis Maximi assignent. Interim verò singuli, omni meliori conatu, & potentia sua, bellum in Turcas, pro gloria Crucis, promoveant; cassaq; iam meritis cognomina

mina sua, & Titulos, rebus pro Religione præclarè gestis, feliciùs exaugeant. Et quas quisq; armis suis provincias, insulas, urbes, aut regna capere poterit, perpetuò possideat, stipulatione generali edicta, verbo Regio, honore, & fide.

Et Romanus quidem Imperator, tanquam primarius Ecclesiæ Catholicæ defensor & Advocatus, ab hæreditarijs Archiducatus sui provincijs, illuviem paganorum averrens, Segetum versùs, & in Dalmatiam exercitus suos promoveat. Suecos verò Austriam, Silesiam, Moraviamq; nuper infestantes, Strigonium versùs procedere, Bulgariaq; regnum ac Rasciæ, bello aggredi, per suas ditiones cis Danubium transire permittat. Palatinumq; Hungariæ, adjunctis illi Bohemiæ & Silesiæ viribus, Budam recta, & ultra in Slavoniam procedere



re jubeat. Transylvanus Princeps, Themesuariam, Varadinum, & quicquid à sua ditione Danubium inter & Cissam avulsum est, strenuè recuperet. Misix Regulus, Brailoviam, & quicquid Herasso fluvio adjacet; Moldavia verò Vaivoda, Kiliam ad oram Danubij sitam, fortiter invadant. Veneti, quorum nunc res agitur, firmatis præsidio Dalmatix urbibus, portubusq; reliquis Candix, viribus maritimis Cyprum inopinatò aggrediantur. Melitenses autem Rhodum, Pontificijs, Magniq; Hetrurix Ducis trimibus aucti. Genuenses Sydoniam, Phæniciamq; à Sabaudò adjuti. Rex Christianissimus Ægyptum, ac præcipuè Alexandria portum; quod & Turcæ ipsi antiquitus præsagiant, sui imperij occasum ab illo portu futurum; & quod in partibus illis, Francum nomen hodie-

dum

dum omine bono formidabile sit  
cunctis. Rex Catholicus, Sicilianis,  
Neapolitanisq; Liburnicis Ine-  
tum, Hispanicis verò Algerium, cæ-  
teraq; littoris Africani loca infesta  
bello reddat. Anglus, quia navium  
velocitate Septentrionalibus præ-  
stat, Syriam, Palæstinamq; adnavi-  
get. Danus, Natoliam usq; proce-  
dat, Thæbarumq; ruinas, & Lacedæ-  
monis rudera perscrutetur. Reli-  
qui minutiores Dynastæ, vicinio-  
rum Regum castris, suas legiones  
adjungant. Anziaticæ verò civita-  
tes cum Batavis, Nigropontum, aut  
interiora Græciæ petant. Principes  
Electores suum Imperatorem se-  
quantur, tanquam supremum Chri-  
stianitatis Monarcham. At Magnus  
Moscoviæ Dux, præter quòd antea  
sæpiùs à Scythis Præcopensibus of-  
fensus, tum maximè his præteritis  
temporibus, inopinata illorum ex-  
cursione

curfione ad injuriam provocatus est, Tauricam Chersonesum, uti jam cæperat & cogitârat, cum Deo bono invadat. Quamq; haud ita pridem opera Cosachorum Azoviam occupaverat, eandem iterum invadere conetur. Poloni campestribus pugnis assueti, per patentes illos Bessarabiæ campos progrediuntur, captaq; & in munitionem redacta Oczakovia, Moncastro, Thehinia, in Thraciam usq; & Silistriam castra sua promoveant, Marteq; aperto cum barbaris more majorum suorum non extimeant, Cosachis rebellibus in gratiam receptis & mare Euximum tentare jussis. Artis enim est, nullum respirandi spatium dare semel infestare cœptis; & non modò terrâ, sed etiam classibus per mare adversarios oppugnare.

Univerfæ autem gentes Christianæ,

anæ, sacram hanc in Turcas, & quosvis Machometanos socios illius expeditionem, uno, eodemque mense, ubiq; terrarum ex condicto incipiant, quos Apostolicâ benedictione impertiet, Innocentius X. Papa, & uti universalis Ecclesiæ Pastor, eosdem omnes ad fœdus hoc sacrum, per suos legatos evocabit. Sicque Numine favente (quod nisi unitis animis fidelium exorari amat) formidabilis illa potentia Tyranni, qui paucis copijs vincere nescit, facile in plures partes distrahetur, minimè verendas nostris, qui Asiaticam molliciem norunt. Maximè autem, quòd inops consilij, ex novitate rei, diversitate bellandi, magnitudineq; periculi, facile animo concidet; nec tam citò barbaro ingenio suo & agresti, aut nostras vires pernoscere, aut suas recolligere poterit. Statim siquidem Tar-

tari

tari exercitus ejus pars potissima, fecernentur parte ab una, ac velut dextera manus sua præcidetur à Polonis; nec augere castra Tyrannī jam poterunt, prohibiti transitu Borysthenis; occupatiq; domi suæ à Moschis, qui cis Tanaim copias suas in eos ducent. Africanæq; naves classem suam juvare solitæ, parte ab altera separabuntur. Nec audebunt certè in Mediterraneum prodire; Hispanis circa littora sua navigantibus, quæ semper manus sua sinistra erant, quoties ille in Christianos expeditionem movisset. Caput petent Constantinopolim Cosachi, partim Helespontum adnavigando, commeatusq; ex Asia eò deferri prohibendo; partim portus illos, qui in mari Nigro præcipui sunt, hostiliter invadendo, arcendoq; materiam deferri in urbem pro instruenda classe. Quos verò boum

bouum greges & armenta, ad portam Ottomanicam, Slavones, Hungari, Valachique ac Daci, pro usu aulae Tyranni mittere quotannis consueverunt; tum farinae, cerae, pisciumque quantitatem ingentem, hoc totum diripiet levioris armaturae equitatus Polonicus, & in sui Regis castra divertet; vel etiam ipsimet populi, haec tribuere sucti, denegabunt per se, exciti aut praemoniti belligerantium Principum apparatu. Qui, inquam Principes, Persarum quoque Sophim, meminerint ad belli societatem evocare; sollicitareque; cautè per suos emissarios, Armenos, Georgianosque ad rebellionem. Tum Emirum quoque Maronitarum, monti Libano dominantem. Qui, si armis, pecuniaque adjutus, Arabes etiam de regione Petrea conglobasset, paucos intra dies Europæis, ad possidendam

Acri, Seidam, Berytum, capiendam-  
que Antiochiam, atq; ipsam Ptole-  
maidem, viam aperuisset. Essenæq;  
civitati, Damasco & Cairo, dari ex  
Mesopotamia & Babylone subsi-  
dia, omninò prohibuisset. Ante  
omnes verò sollicitandi sunt Ragu-  
sæi cautissimè, ut Christiani nomi-  
nis, pro quibus se gerunt, memores,  
universas naves suas ad insulas  
Christianorum ablegent, nec præ-  
stent Turcis operam suam in trans-  
portandis militibus, aut commeatu  
ipsorum in Candiam. Græci quoq;  
passim ad tumultus in mediterraneis  
imperij Turcici concitandi sunt, ar-  
maq; & machinæ bellicæ illis sub-  
ministrandæ, quibus se tueantur à  
vi barbarorum; aut illis eam infe-  
rant, ad tributa, annonamque præ-  
standam adacti. Denique Darda-  
nellos quam primùm occupare stu-  
deant, qui & virium, ad invaden-  
dam,

dum, & ingenij ad retinendum, plus cæteris se habere putant, quo scilicet forti cum præsidio confidentes ibi, strictum mare illud claudant, ac quasi fauces Draconis illius Orientalis præfocare queant. Hoc enim illud tempus nunc adest, quo periti Astrorum Imperio Turcico periodum assignant: quo gens ipsa supersticiosissima, malè sibi ominatur, & excidium præfagit: & quo viri Politici quoque ob remissiorem militiæ ipsorum disciplinam, hanc potentiam mole suâ jam corruere certissimè prævident. Nam & dapes exquisitiores nunc jam quarunt, solâ vervecinâ, aut bubulâ olim contenti, ( qui & domi alia legumina haud noverant, præter orizam aut similam ) & vino passim ferè usque ad ebrietatem ingurgitantur, sola frigida uti à Machomete jussi: quàm nunc odoribus, saporibus



saporibusque diversis pretiosissimis  
condiunt. Et quod ab antiquo, vel  
cogitatu nefario lædere vereban-  
tur, hoc jam Numen Tyranni sui,  
non lingua tantum procaci, sed  
manu quoque profana violare au-  
dent. Amantque otium & lucra,  
quod Pseudoprophetae suis legibus  
vetitum omnino habebant: dele-  
ctantur spectaculis, balneis, & mu-  
sica; equitationem vero & decur-  
sus relinquunt: attendunt ad mer-  
caturam, lanificium, & agricultu-  
ram, arma vero negligunt & navi-  
gationem: omnesque artes pacis ma-  
gis æstimant, quam studium belli,  
qui nusquam à prælijs quiescere de-  
buerant. Vnde non est ea, quæ exi-  
stimatur Turcæ potentia; certumque  
est magnam partem exercitus illius,  
milite tumultuario constare, qui  
nulla jurisiurandi religione adactus  
est, nullo certo studio conductus;

mente levissima, corpore laboris & injuriarum cœli, uti bello Chotimensi vidimus, impatientissimo, atque exinde, animo à virtute alienissimo. Prædam, non victoriam sequitur; multitudine, non virtute vincit. Ordinem in acie non servat, disciplinam odit, æquitatem nescit: latro & sicarius potius, quàm miles & bellator appellandus. Contra quem, si firma & exercitata sit militia, non esset dubitandum, quin vinci potius quàm vincere possit; utpote qui non expectata amissione in acie, fugam corripit, & castra signaq; sua deserit.

Quapropter Sacratissime Cæsar, Serenissimi Reges, Principes, & Dynastæ Potentissimi, macti animo estote, en ultrò sese vobis ad gloriam & immortalitatem occasio commoda offert, ultrò favor cœlestium influxionum invitat. Nec deerit  
 ipse

ipſius Regis cœlorum, ſi pio affectu  
jus cauſam promovere haud ne-  
gligetis : ſi concordibus animis in  
id totas vires veſtras intendetis, ut  
Religionem, libertatem, gloriam-  
que Crucis, propagare quàm maxi-  
mè poſſitis. Si Chriſti Dei Sepul-  
chrum, populòſq; Turcicâ ſervitute  
oppreſſos vindicare velitis; ſi à ve-  
ſtris, veſtrorumq; ſubditorum cer-  
vicibus, acinacem Ottomanicum  
removere cupietis. Dabit Exerci-  
tuum Rex victoriam, cujus bella  
bellabitis. Dabit proſperitatem Do-  
minus, cujus honori ſtudebitis. Pro-  
ſpiciet de cœlo, & avertet pericula  
à vobis, qui per unum Angelum ſu-  
um caſtra olim Senacherib evertit,  
omneſq; Syrios unâ nocte delevit.  
Veſtrisq; ex militibus unus, ope  
illiſus adjutus perſequetur mille; &  
decem millia cadent à dextris unius  
Herois Catholici. Modò vobis pro-  
ponite

ponite ob oculos decus immortale,  
 famam immarcescibilem, meritum-  
 que in cœlis sempiternum, quod vos  
 verè victores constituet, & inter  
 beatas illas mentes cum palmis æ-  
 ternum triumphatores faciet. Inte-  
 rim verò Pontificiâ columbâ ra-  
 mum olivæ, signum pacis, ad vos  
 deferente, omen palmæ victricis  
 læto animo accipite: & unusquisq;  
 vestrum accingat se ad opus, quo  
 titulos vestros, vestramq; gloriam  
 rebus fortiter gestis exaugeatis.  
 Quia tum demum, verè se Impera-  
 torem Christianum, Cæsar Germa-  
 nicus ostendet, cum detracto diade-  
 mate Orientis Tyranno, Græciani-  
 cum quoque Imperium, ad Romanum  
 denuò Imperatoris sceptrâ redu-  
 cet; conculcatâque Cydari Musul-  
 manicâ, regnata à barbaris regna,  
 in libertatem Christianam asseret.  
 Galloꝝq; Rex victorijs olim de  
 infide-

infidelibus toties reportatis, velut  
lilijs decorus, tum demum Christia-  
nissimi cognomen quod promeruit,  
illustrius in Orbe Christiano effici-  
et, cùm formidabile barbaris Fran-  
cum nomen, iterùm in Oriente ex-  
citabit, ac veluti redivivus Gotifre-  
dus Turcas tota Palæstina eijciet.  
Anglus, qui tempore sacræ expedi-  
tionis Hierosolymitanæ, defensor  
Religionis audiebat, iterum prome-  
rito titulo gloriosius gaudebit, si  
veloci classe suâ, denuò hanc sa-  
cram expeditionem in Turcas a-  
manter juvare volet. Tum Baltico  
quoque mari incubans navibus suis  
Danus, si adeò potentiam suam in  
Chersoneso Peloponesiaca exeret,  
ut in Cimbrica exercet, formidabi-  
lior profectò Machometanis Regi-  
bus erit, quàm unquam Hambur-  
gensibus aut Lubecensibus extitit:  
multòq; celebrior in plaga Austræ-

li, aut Oriente erit, quàm in Septentrionalibus insulis quibusvis Grœnlandia sua remotioribus. Hispaniarumq; Monarcha, etsi ubiq; terrarum, assiduè pro augenda Catholica Religione desudet, & orientales æquè ac occidentales Indias ad Christum perducere indefesso studio conetur, majus attamen meritum habebit, si remotioribus ad tempus Gentibus postpositis, & vindicta in Lusitanos rejecta, viciniora sibi regna Fessarum, Marochiorum, Numidarumq; curanda hac in parte assumet; utq; Catholici agnomen ex eo promeruit, quod Catholicam ubiq; religionem inducere conatur, laudabilior nihilominus in Orbe Christiano apparebit, & absq; ulla vicinorum obtrectatione aut invidia regnabit, si cæteros Catholicæ professionis Principes, suo exemplo, in vicinos omnibus nobis

Turcas, armatos pertrahet. Polonus itidem, verissimam sui denominationem, quam à *pole*, seu campo patienti derivatam habet, gentibus universis declarabit, si suscepta hac expeditione sacra, in patientibus Thraciæ campis, tentoria sua distendet; animosèq; ut assolet, pro totius Christianitatis incolumitate, Marte aperto cum barbaris Musulanicis, non rebellibus Cosacis decertabit, ulturus manes gloriosos Vladislai III. fortissimi olim Sarmaticæ gentis Herois, pro nomine Christiano apud Varnam à Turcis occisi. Præpotentes confœderati ordines, quid viribus suis valeant, tum demum Orbi innotescant Christiano, si qua classe Americam & Orientis insulas infestant, ea Constantino-polim usq; missa, in Pontum Euxinum navigationem tentarent. Utq; circumnavigato Arctico, per mare

glaciale, in Sinarum regna transire conabantur; sic Hellesponto superato, veteres Colchos & Trapezuntis imperium inviserent, & Bactras utiliùs pertingerent; cæterasq; Ponto adjacentes regiones nobis aperirent. Serenissimæ demùm Respublicæ Italicæ, Veneta & Genuensis. maritimis viribus illustres quondã & metuendæ, laudabiliùs certè cunctis nationibus innotescerent nunc, si concordibus animis, id à barbaris recuperare adniterentur, quod olim per discordiam, maximo cum damno, & macula nominis Christiani amiserunt.

Quod igitur Apostolus quondam ad Corinthios scribens, ut in unitate dilectionis fraternæ, professionisq; Orthodoxæ manerent, in Epistola sua effatus est, hoc ego sermonem meum ad vos claudēs, & quasi conjurans, ut mutuo in amore atq;

chari-



charitate maneatis, ô Principes Pijssimi dico: *Obsecro vos fratres, per nomen Domini nostri Iesu Christi, ut id ipsum dicatis omnes:* ( scilicet, Pax, Pax omnibus Christianis, Pax omnibus populis Europæ. Bellum & ruina Turcis, excidium funestum omnibus Machometanis;) Et non sint in vobis Schismata. (Hoc est, diversæ opiniones in Religione: diversæ voluntates à bono pacis.) *Sitis autem perfecti in eodem sensu, & in eadem sententia.* Aggrediendi videlicet barbaros, liberandiq; nationes, Christianis olim Imperatoribus subjacentes, à gravissima Tyrannide Ottomanigenarum. Sed hoc imprimis recordamini efficere in vobis, quod Magister noster Christus de mutuo conservando amore, omnibus nobis injunxit, hanc summam doctrinæ suæ apponens. *In hoc autem cognoscent omnes, quòd mei sitis discipuli*

*scipuli, si dilectionem ad invicem habeatis.* Sine ista etenim, Christiani dici non meremini: sine ista, hostibus fidei, terribiles nullo modo esse poteritis: sine ista, nescio quonam modo, ipsum etiam DEUM precibus vestris adire possibile erit, cum non nisi congregatis in unum se adfuturum promiserit, non verò dispersis voluntate, opinionibus, numero.

Agite igitur animæ felices, agite Pastores Populorum, & diligenter pro officio vestro animadvertite, ne sanguis Christianorum amplius inter vos effundatur, nevé ultra inspectantibus vobis, & pro injuncto munere non curantibus, grex Christianorum, & provinciæ Catholicæ, diripiantur à barbaris. Attendite quid Ethnicus Poëta dicat, & suffundite vos rubore:

*Candida pax homines, trux decet ira  
feras.*

Quam

Quam itaque veram lætitiã, quàm animi satietatem, aut quam mentis tranquillitatem habere possunt illi, qui bello fraterno agitantur, meditanturvè impiè domesticæ dissensionis causas? Quam serena conscientia, & vultu haud mentito, possunt alloqui amicos, consiliarios, sacerorum Mystas? quomodo audent cogitare Deum, adire templa, libere mysteria? quomodo volunt expiare crimina, impetrare veniam, curare deniq; salutem? cùm optimè sciant, bellum quod susceperunt agendum, & sibi, & alijs esse præsentissimam ad mortem semitam, unde revocare gradum nemini fas est: Pacem autem ad omnem felicitatem, & prosperitatem vitæ, ut luculentissimam, ita ipsis etiam improbis optabilem viam, qua non datur turbulentis, ad beatitudinis culmen pervenire. Bello siquidem

quidem intereunt omnia, & consumuntur quæ possidentur bona; pace verò augentur & conservantur univ[er]sa. Bello desolantur agri, vastantur urbes, evertuntur fundit[us] regna: pace excolitur terra, ædificantur domus, extruuntur civitates, firmantur, augentur, & reflorent imperia. Bello interierunt Thebæ, Athenæ, Sparta, Carthago, Troja, Corintus, Hierosoly[ma], Saguntum, & Roma. Pace creverunt Venetiæ, conservata Thlascala, acquisivitque famam Ambsterodamum, magnitudinem suam Moscovia, populationem Lutetia, mercaturam Londinum, opes Genua, divitias Marochium. Pax igitur ô Megistanes Sapientissimi, quæ ornat imperia, quæ exauget regna, quæ parit opes, gloriam, decus, & honores, præferenda est bello, quod omnibus his spoliat

Respu-

Respublicas, & populos opulentissimos, barbariemq; & solitudinem inducit. Pax quæ gignit artes, & rerum omnium ubertatem, exoptanda est cunctis, quàm bellum vorax, quod consumit omnia, & destruit elegantiam. Quapropter à cultis & politioribus semper timetur strepitus belli, classicumque ipsum perterrefacit probos omnes: pacis verò & tranquillitatis, vel sola spes jucunda fit cunctis: nulla-  
que vox solet esse gratior auribus nomine pacis.

*Securus placide mundus sub pace,  
Tranquillum est summum, pax opus  
alma Dei.*

Pacem itaque ô Reges & Principes Christiani inter vos concludite, ut bellum, pacis assequendæ causâ, eo alacriori animo Turcis inferatis. Pacem ô docti atque eloquentes viri, Principibus & Dynastis, eruditissi-

dicissimis scriptiōibus vestris insi-  
nuate, ut in pace fortia illorum fa-  
cta, eò securiùs scribere valeatis.  
Pacem ò Mystæ Sacri, supplices è  
cœlo exorate, ut nomen Servatoris  
Christi, *qui non est Deus dissensionis,  
sed Deus pacis*, eò felicius in tran-  
quillitate, gentibus paganorum  
prædicetis. Pacem ò cuncti Fide-  
les, à pacis largitore DEO poscite,  
ut in pace vitam degentes præsen-  
tem, ad bravium supernæ vocatio-  
nis, ubi est vera pax nostra CHRIS-  
TUS decurrere possitis. *Rogate  
qua ad pacem sunt Hierusalem*, ò qui-  
cunq; nomine Christiano censem-  
ni, dicite corde ac labio unani-  
mi. Fiat pax in virtute tua ò IESU  
REX PACIFICE, in tota Euro-  
pa, & in tota Christia-  
nitate.

D I X

S(†)S



